

77
 Pacta inter Casimirum M. regem Poloniae et
 Henricum Dusnerum ordinis Teutonici magistrum
 quibus limites inter terram Cuiaviae et terras Po-
 meraniae ac Culmensem designantur. Datum in
 Marienburg anno 1349. in vigilia S. Joannis
 Baptista.

In nomine domini amen.

Notum sit universis tam presentibus quam fu-
 turis, notitiam presentium habituris, quod nos
 frater Henricus Dusnerus, ordinis fratrum
 hospitalis S. Mariae domus Teutonice Hieroso-
 lymitani magister generalis, cupientes nos ter-
 rasque nostras, ac incolas ipsarum in paxi ame-
 nitate conservare, de consilio fratrum nostrorum
 fecimus, et ordinavimus pro nobis et toto ordine
 nostro inter magnificum principem dominum
 Casimirum regem Poloniae et ipsius terras, Cu-
 iaviae videlicet et Poloniae parte ex una, et inter
 nos et terras nostras, Culmensem scilicet et Po-
 meraniam parte ex altera, veras granities et
 perpetuo duraturas, incipiendo ab ultima gra-
 nicia districtus nostri Nieschow, et demum desen-
 dendo per Ustam usque ad quandam villam,
 Bexendorf vulgariiter dictam ad abbatem de
 Bissovia pertinentem, ubi granicia reincipi-
 unt terra Pomeraniae supra dictae, ita, quod
 ubicunque litus, terra Cuiaviensis praedicta in-
 fra praefatas granicias dicti domini regis fuerit,
 ibi pro granicie medius Wista, sive ejus alveus
 habeatur, et quidquid in insulis et piscaturis, et
 aliis utilitatibus quibuscunque a medietate pra-
 dicta, nostra ex parte utilitatis vel commodi po-
 terit inveniri, ad nos ac ordinem nostrum et ad
 terram Culmensem praedictam debet pertine-
 re. Omnis tamen homo Wistam transiens
 infra granicias praenominatas, a coactione qua-
 cunque ad de ponendum ipsius res, bona, seu-
 meres

meres, nec non et ab exactione et solutione pecunie
cuiuscunque, atque impedimento quolibet liber erit,
nec ad solvendum aliquid per quempiam compella-
tur. Limites autem Cuiaviae et Pomeraniae sunt hi:
incipiendo a graniciis villa Franseck, et dein-
de procedendo ad granicias villa Wtuki, et tunc ultra
ad granicias villa Czeczorew, ab inde autem trans-
eundo ad granicias villa Senno, et tunc ultra ad
granicias villa Mroczyno, deinde vero ad granicias
villa Mroczyszewo, et ab inde ad granicias villa Wo-
dzyno, et tunc eundo ad granicias villa Glinki,
ab inde vero ad granicias villa Welimo, et tunc
ultra granicias villa Lachowo, deinde vero dire-
cte transeundo, si in graniciis non habentur anti-
que, usque ad fluvium Debra dictum, ita, quod
omnes villa supra dicta cum suis graniciis
ad terram Cuiaviae spectare debebunt, sicut ab an-
tiquo ad eandem pertinuerunt, et tunc ultra pre-
dictum fluvium Debra ascendendo, usque ad illu-
locum ubi rivulus Namiona dicitur influit in
prefatum fluvium Debra, deinde autem predi-
ctum rivulum Namiona ascendendo, usque ad il-
lum locum, ubi fluvius Curvus dicitur intrat
memoratum rivulum Namiona, et tunc eun-
dem rivulum fluminis ascendendo, usque ad vil-
lam Grymowo, ab inde vero procedendo per granici-
as signatas inter-medias usque ad fluvium Nomo-
niz, et eundem fluvium descendendo, usque ad
illum locum, ubi influit in lacum dictum Sukow,
et per lacum eundem procedendo, usque ad illum
locum ubi fluvius dicitur Dobieruica exit pre-
dictum lacum Sukow, et tunc eundem fluvium
Dobieruica descendendo, usque ad locum illum,
ubi intrat fluvium dictum Groda, ita, quod
omnium predictorum fluviorum et lacuum,
una medietas ad Poloniae, et altera medietas
ad Pomeraniae terras debet libere pertinere.
Si vero, quod absit, inter incolas illarum supra
dictarum

dictarum, et inter incolas nostras, et infra gramicas
 nostras predictas villarum supra scriptarum, vide-
 licet Berendorf, villa supra dicti abbatis in Bis-
 sovia et magna Supanin Lambowa, Nebesyn, Ho-
 tho, Prusk, magna Lowin, Drezyn, Schroek,
 Gessenicz, Danbogoru, que nunc deserta est,
 et abbatem predictum ad monasterium in Bispo-
 via pertinet. Subiechorz villa, Plebani in Schroek,
 Sucha, et Monowa, discordias, seu contentiones quas-
 cunque contigerit suboriri, extunc vocata condigna
 partis utriusque vicinia, debent eadem contentio-
 nes seu discordie sopiri, seu etiam discorigari.
 Eandem igitur limitationem terrarum predicta-
 rum ratam et gratam habentes, promittimus
 absque fraude et dolo pro nobis et successoribus
 nostris, totoque ordine nostro, contra predicta omnia
 et singula non facere vel venire ullo unquam
 tempore, aliqua ratione vel causa, de iure vel de
 facto, sed ea inviolabiliter perpetuis temporibus
 observare. In quorum omnium testimonium,
 et robur perpetue firmitatis nostrum, et reli-
 giosorum virorum, nostrorum confratrum dile-
 ctorum, Vinici de Hnyprode magni commen-
 datoris et Hermannii Kuderfer summi hospi-
 talaris sigilla presentibus sunt appensa. Da-
 tum in Marienburg anno domini millesimo
 trecentesimo quadagesimo nono, in vigilia S.
 Joannis Baptiste: magno commendatore
 et summo hospitalario predictis nec non Ludo-
 vico de Wolhumburg summo ordinis Trappario,
 Joanne Nothasth in Thorun, Henrico de Bo-
 netrin et Grudentz, Henrico de Stockhein in
 Golubia, Alberto Schaff in Succa Conrado de
 Thuchola, Gereone in Schonstie, commendatori-
 bus, domino Joanne nostro Capellano, Joanne
 de Dolanthin, et Erbrando de Buhavn nostris
 sociis Jahnido de Clementh, et Bartholdo de Fe-
 sehov nostris militibus, Henrico et Nicolao no-
 stris notariis et aliis quam plurimis fide di-
 gnis.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]